



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||  
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||  
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad  
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni  
magni ad trigesimum ...

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

Indorum legationes & munera. Cap. L.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29861**

EVSEBII DE VITA

populos & ciuitates satis largè & prolixè muneribus afficeret.

*Indorum legationes & munera.*

CAP. L.

**E**odem ferè tempore, aderant ab Indis orientalibus legati, qui dona Imperatori afferebant, in quibus erant omnia propè clarissimarum & preciosissimarum gemmarum genera, animantia etiam tota natura ab hisce nostris discrepantia: quæ omnia ad imperatorem deferebant, vt significarent eius imperium usque ad ultimam oceani oram pertinere, principesque Indorum picturarum & statuarum muneribus declarare, se illum cum summa potestate omnium imperatorem & regem agnoscere & profiteri. Ita accidit, vt ei primum ad imperium venienti, initio Britanni ad ultimas ferè occidentis solis oras oceano cincti pareant: nunc vero postremum, Indi in extremis orientis partibus siti.

*Quemadmodum disperito inter tres filios imperio illos  
artibus instruxerit, quæ imperatoriaæ ma-  
iestati ornamento forent.*

CAP. LI.

**V**T verò ultimis orbis terrarum finibus victorias suas terminasset, vniuersum imperii statum tribus suis filiis partitus est: quod tanquam hereditatem paternam pius pater charissimi liberis assignabat: Cum autam formam grandiori natu filio: orientis partes, huic ætate proximo, quod vero inter hæc medium interiacebat tertio filio tribueret. Sed cum vellet hanc eis fortunam feliciter cedere, & ex animorum salute esse: pietatis etiam in eis sentina sparsit, cum suis diuinis præceptionibus, tum magistrorum diligentia, quos omnibus virtutibus insignes eis præfecerat: quemadmodum etiam & in aliis disciplinis eos asciuerat qui essent in suo genere consummatissimi. Nam alij eos bellicis disciplinis exercebant: alij præceptis de Repub. imbuebant: alij legum peritos efficiebant. Iam apparatus & splendor singulis regius tributus est. Armati, satellites, stipatores, & omnis generis, ac ordinis milites:

Tum